

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Programma, Qvo Rector Universitatis Gryphiswaldensis;
Theodorus Hornius, Log. Ac Primæ Philosophiæ Prof.
Publ. Ord. Collegii Philosoph. h.t. Decanus, In Festo
Pentecostes, De Fine Veteris Testamenti ...**

Horn, Theodor

Gryphiswaldiæ, [MDCCIV?]

VD18 13083163

Titelblatt


urn:nbn:de:gbv:45:1-17325

8

PROGRAMMA,
QVO
RECTOR
UNIVERSITATIS GRYPHISWALDENSIS,
THEODORUS HORNIUS,
LOG. AC PRIMÆ PHILOSOPHIÆ PROF. PUBL.
ORD. COLLEGII PHILOSOPH. h.t. DECANUS,
IN
FESTO
PENTECOSTES,
DE
FINE VETERIS TESTAMENTI
PENTECOSTES
QVÆDAM PERSEQVITUR,
ET,
UT SACROS HOSCE DIES PIE SOBRIEQVE
TRANSIGANT,
CIVES ACADEMICOS
BENEVOLE ADMONET.

GRYPHISWALDIÆ,
TYPIS DANIELIS BENJAMINIS STARCKII,
REG. ACAD. TYPogr.





Landesbibliothek Oldenburg



Festum Pentecostes, cuius sacra
solennitatem per tria millia, & amplius, an-
norum primum sub antiquo, inde sub novo fœdere conti-
nuatam nunc cœtu rituque sibi decoro Ecclesia celebrat, eam
etiam ob causam a DEO olim esse institutum dedicatumque, ut conser-
vetur memoria late ab eodem Numine in Monte Sinai Legis, inve-
terata sententia est, ac non mediocrum virorum opinione perulgata,
quæ tam alte radices egit, ut vix evelli posse videatur. Ne sine con-
troversia diserti videamur, aut cum turba nobis res sit, demus ei Ad-
vocatum non unum. Rabbi MOSIS MAIMONIDIS (de quo aliter
CASAUBONUS adfirmat (a), se vere posse dicere, quod
PLINIUS de Diodoro Siculo, primum inter suos desisse nugati
ri (b), quemque multæ atque ingentis doctrinæ virum usurpat)
verba buc collineant in Libro טיריה נבובין (c) Festum hebdo-
madarum est dies ille, quo Lex data fuit. Ad hujus diei ho-
norem pertinet, quod dies a præcedenti solenni Festo (Pascha-
tis) ad illum usque diem numerantur, quemadmodum quis
optimum ac fidelissimum amicorum suorum exspectans
dies & horas numerare solet. Hæcque vera causa etiam
est numerationis homer a die, quo egressi sumus ex Ægy-
pto usque ad diem promulgationis legis, quæ præcipua
fuit causa & finis exitus ipsorum. Rabbi ABRAHAM ABEN
ESRA

(a) Exerc. XVI. Num. LXXVII. pag. 538. b. fin. (b) PLIN.
Prefat. Histor. Nat. (c) Part. III. Cap. XLIII.

